

(*) EXTRACTUM CORTICIS PERUVIANI

RESINOSUM dictum.

EXTRACTUM ELATERII.

℞. Fructuum maturescentium Cucumeris asini q. v.

In mortario lapideo conquassatis adfunde quantitatem sufficientem aquæ fervidæ, mace-
rentur per horas duodecim; liquor dein forti-
ter expressus evaporet leni calore ad consi-
sistentiam Extracti.

EXTRACTUM MARTIS

CUM SUCCO POMORUM.

Tinctura Martis cum succo pomorum para-
ta evaporet ante Spiritus Vini additionem in
debitam Extracti consistentiam, & fervetur.

FEL TAURI INSPISSATUM.

℞. Fellis Tauri recentis q. pl.

Vaporet in concha vitrea in Balneo arenæ
ad Extracti solidioris consistentiam.

FLORES BENZOINI.

℞. Benzoes in frustula minora comminutæ q. pl.

M

Im-

Immitte ollæ terreæ, cujus orificio imponatur conus fortis chartaceus & sat altus. Igne moderato, ut Benzoe fluat, sublimentur flores nivei, qui sæpius de cucullo eximantur. Hi ubi fulcescere incipiunt, tollatur olla ab igne, & frigefacta tusaque massa indatur retortæ vitreæ, & excipulo apposito destilletur ex Balneo arenæ. Prodebunt adhuc flores cum oleo nigricante odoris non ingrati. Finita destillatione flores ope aquæ fervidæ soluti ab oleo separentur, qui ex eadem frigefacta denuo crystallisati auferantur. Oleum Benzoes vero seorsim fervetur.

Si singulis libris *Benzoes* ante destillationem aliquot uncie adduntur spiritus vini, collo retortæ bene purgato, obtinetur non raro portio *Olei Benzoini* fragrantis, limpidissimi, & instar aquæ excoloris.

Potest etiam sine prævia sublimatione integer institui processus ex retorta supra dicto modo.

FLORES SALIS AMMONIACI

MARTIALES.

R. Salis ammoniaci.

Lapidis Hæmatitæ partes æquales.

Tusa

Tufa in pulverem commisceantur, immitantur in cucurbitam vitream, & imposito capitello instituat sublimatio in Balneo arenæ. In principio prodit parva portio liquoris alcalini volatilis, qui, si lubet, lagenula ad rostrum capitelli appensa excipi potest. Sequuntur flores varie flaventes, qui, frigefacto apparatu tollantur, & in vitro exacte clauso ferventur.

FLORES SALIS AMMONIACI

SIMPLICES.

℞. Salis ammoniaci q. pl.

Solve in sufficiente quantitate aquæ; solutionem filtra, & evapora, ut in crystallos niveas coeat, quæ ferventur exsiccatæ. Perge evaporare lixivium reliquum, donec nihil amplius crystallifetur.

FLORES SULPHURIS.

℞. Sulphuris ruditer tusi q. pl.

Immissum cucurbitæ terreæ adaptatisque vasculis nonnullis sibi superpositis ad hunc processum idoneis (vulgo *Aludel* dictis) in summitate capitello perforato terminatis, igne moderato sublimetur. Sublimatum sic sulphur sub nomine *florum* fervetur.

FLORES ZINCI.

℞. Zinci q. pl.

M 2

Im-

Immitte crucibulo triangulari; cui superim-
pone aliud simile crucibulum inverſum, ita ut
anguli utriusque alternentur. Stent inter me-
dios carbones, ut Zincum in fluorem deduca-
tur. Sic Zincum in flammam exardeſcet, &
ſublimabuntur flores albi, qui ſucceſſive utrum-
que crucibulum implebunt. Dum propter
flores nimios ſuperficiæ ſuæ inhærentes Zin-
cum inflammari ceſſat, rutabulo ferreo flo-
res amoveantur, ut de novo exardeat, quod
repetendum, donec omne Zincum in flores ſit
converſum. Interea flores de utroque cru-
cibulo pro rei neceſſitate ſæpius tollantur.

Hi flores ſi fatiſ albi non ſunt, per parvas
portiones injiciantur ſucceſſive in aliud cruci-
bulum candens, & calcinentur, ut caſu adhæ-
rens adhuc phlogiſton abigatur, quo albefeant
debite.

GLOBULI CARMINATIVI.

vide

SUPPOSITORIA.

GLOBULI AD ERYSIPELAS

vulgo

MONIALIUM SANCTÆ ELISABETHÆ.

℞. Pulveris Aluminis crudi unc. iij.

Sa-